omnes facultates virtute cujuſvis generalis Concilii conceſſas. At a tempore Sixti V. uſque nunc additur clauſula eam generalitatem reſtringens. Quæ planè non revocat facultatem Tridentini. Tandem quia non obſtat declaratio Gregorii XIII. *n. præced.* relata, quæ ait prædictam Tridentini facultatem non extendi ad caſus in poſterum à Pontificibus reſervandos. Namque benè explicat *Suar. 4. tom. in 3. p. diſp. 30. ſect. 2. num. 13. & 14.* intelligi, quando nova reſervatio fieret clauſula ſufficienter exprimente, per eam revocari prædictam Tridentini facultatem. Et ideò pro hac ſententia ſunt multi Neoterici dicentes poſſe Epiſcopum abſolvere ab hæreſi occulta, virtute prædicti decreti. Quod non dicerent, ſi id revocatum eſſe intelligerent. Hi ſunt *Navar. lib. 1. conſil. tit. de cenſit. in utraque editione, de Cathol. inſtitut. titul. 3. numer. 6. Zaval. in communibus opinion. n. 3. quæſtione 802. numero 65. Vela de pœnis delictorum, cap. 14. verſ. Jure verò canonico, Cordub. Summ. q. 8. punct. 1. Palacios 3. diſt. 25. diſput. 7. fol. 301. Angles Floribus 1. part. ubi de confeſſione, quæſt. 4. artic. 5. difficultate 6. Campegius addit. ad Zanchin. de hæreticis, cap. 34. verſ. Cum itaque, Bartholem. à Ledeſma, Summa Sacram. ubi de excomm. dub. 13. col. penult. Lamas in methodo curationis, 3. p. c. 1. §. ultim. in fin. Catuneus in Sum. verb. Epiſcopus, §. Epiſcopi, quos Spiritus Sanctus, caſu 10. Antonius Gomez in Bulla Cruciatæ, clauſula 10. num. quadrageſimoquarto in fine.* Atque in propriis terminis eam facultatem abſolvendi non eſſe revocatam ſed hodie conſiſtere, tradunt *Navarr. Summa Latina noviori, cap. 27. nu. 260. in fine, Et lib. 5. conſil. in 1. editione, titul. de ſententi. excommunic. conſil. 15. gu. 1. & in 2. titul. de privilegiis, conſil. 11. quæſt. 1. Gutier. quæſt. canon. in poſteriori editione, libro 1. c. 13. ad fin.* & referens plurimos de hac re conſultos *Enriquez l. 6. de pœnit. c. 13. num. 7. Bannez 2. 2. qu. 11. ar. 4. dub. 2. poſt 2. concl. argumento 3. verſ. Et ſi quis objiciat, Et ibi Aragon. ar. 3. Summæ, verbo Epiſcopus, num. 37. Vivald. candelabro Sacram. in penultima editione, in p. 1. tractatu de abſolutione, num. 13. & 2. parte in expoſitione Bullæ Cœnæ, numer. 141. Manuel. in Bull. Cruc. §. 9. num. 70. & in Summa, tomo 1. in 2. editione, c. 131. n. 3. & q. regular. tom. 1. q. 20. art. 10. Petrus de Ledeſma 2. tomo Summæ, tractatu 1. cap. 6. poſt 20. concluſ. diffic. 7. Vega 2. tomo Summæ, capit. 125. caſu 11.* Et hanc faetur eſſe probabilem *Suarez 5. tom. in 3. p. diſp. 21. ſect. 3. n. 5.* Et in hanc multo magis inclinat *Rutilius Benzonius tract. de fuga, lib. 1. diſp. 1. qu. 6. paulo ante ultimam concluſionem*, Quamvis addat rem ad Pontificem deferendam, ut ſuam mentem declaret. Fateor rem eſſe valde dubiam, & utrimque urgere rationes, & auctoritatem gravium Doctorum, quæ utramque partem probabiliſſimam reddere videntur. At tenenda eſt omnino prior ſententia, quam Doctores non pœnitendi à Pontifice declaratam teſtantur: & ſupremæ Inquiſitionis tribunal amplecti jubet: nec in re tam gravi amplectenda eſt ſententia poſterior valde dubia, & parum tuta.

CAPUT XII.

De facultate Inquiſitorum abſolvendi ab hæreſi: ac Confeſſorum virtute Bullæ, aut Jubilæi.

SUMMARIUM.

An inquiſitores poſſint abſolvere in ſolo foro conſcientia ab hæreſi, & ea poteſtas ſit in tribunali: an in ſingulis? Refertur quædam ſententia, num. 1. & 2.

Examinatur ſententia Auctoris circa utrumque, num. 3. & 4.

An id poſſit Inquiſitor nondum ſacerdos? eodem n. 4.

An poſſint Inquiſitores delegare hanc facultatem confeſſori? numero 5.

An poſſint delegare facultatem abſolvendi in foro externo? num. 6.

An hæreticus abſolutus in foro conſcientia ab Epiſcopo, Inquiſitoribus, aut Pontifice, evadat pœnas, ſi accuſetur? num. 7.

An abſolutio hæretici à quocumque habente poteſtatem impenſa, valida ſit quo ad cenſuram, ſi is fictè convertatur? n. 8.

Quid, ſi verè laſſus ſit, & converſus, ſed hæreſes aliquas tacuit? num. 9.

An virtute Bullæ, aut Jubilei concedentis omnes caſus Bullæ Cœnæ, nec exprimentis hæreſim, poſſit hæreticus abſolvi? n. 10.

Quid de fautoribus, receptatoribus, defenſoribus hæreticorum, tenentibus, legentibus, imprimentibus eorum libros? Refertur quædam ſententia, n. 11.

Sententia Auctoris, num. 12.

An ſub conceſſione generali caſuum Papa reſervatorum veniat caſus Bullæ Cœnæ? n. 13.

1 NOn dubitatur de facultate Inquiſitorum abſolvendi ab hæreſi in utroque foro, cauſa cognita. Quia manifeſtum eſt eos illam habere. At de facultate abſolvendi in ſolo conſcientiæ foro eſt difficultas, quando hæreticus eſt occultus, nec coram ipſis delatus, ſed ſecretò confitetur illis ſuam hæreſim. Aliqui ſentiunt poſſe Inquiſitores abſolvere in foro conſcientiæ. Et poteſt probari ex *conſtitutione Clementis VII. incipiente, Cum ſicut, verſ. Vobis etiam*, quam refert *Penna in directorio Inquiſitorum, in fine*, inter Bullas Apoſtolicas pro officio Inquiſitionis, ubi hæc poteſtas conceditur Inquiſitoribus, & eorum Commiſſariis: præcedenti tamen hæreſis abjuratione, id eſt, ut hæreticus promittat ſore, ut in poſterum ab hujuſmodi hæreſi abſtineat. Quæ conſtitutio expreſsè in foro conſcientiæ videtur loqui. Nam ad abſolvendum in foro externo, non eſt opus, ut is hæreticus occultus ſit, nec ad forum externum delatus. Quod petit ea conſtitutio, ut Inquiſitoribus integrum ſit uti ea facultate. Atque ita eam conſtitutionem intelligit *Campegius add. ad cap. 34. Zanchini de hæret. verſ. Cum itaque*, & cum referens, & ſequens *Manuel. in Bulla Cruciatæ, §. 9. numer. 70. in fine*, Idem tenent non relata hac conſtitutione *Toledo lib. 4. Summæ, cap. 4. numer. 5. Gutierez quæſtion. canon. lib. 1. cap. 13. num. 7. Faramus tractatu de origine Inquiſitionis, lib. 3. quæſt. 9. numer. 190. & Bannez 2. 2. quæſt. 11. art. 4. dubio 2. poſt 3. argumentum contra 2. concluſionem, verſicul. Præterea advertendum, Enriquez libro 6. de pœnitent. cap. 7. num. 3. in fine, Graffis 1. parte deciſionum, libro 2. cap. 9. numero 5.* Idem ſupponere videtur *Simancas de Cathol. inſtit. titul. 3. numero 5.* ubi tantùm dubitat, an Inquiſitores poſſint confeſſori delegare facultatem abſolvendi hæretici occulti: quaſi ſupponens ipſoſmet Inquiſitores poſſe. Et ſupponere etiam videntur *idem Simancas ibi numer. 3. Gutier. quæſt. canon. lib. 1. cap. 1. num. 59. Azor. tomo 1. libro octavo, inſtitutionum moralium, cap. 19. quæſtione 5.* ubi tradunt conſtitutum in mortis articulo poſſe abſolvi à quolibet ſacerdote, ſi non ſit acceſſus ad Epiſcopum, aut Inquiſitores. Idem videtur tenere *Eymericus in directorio Inquiſitorum, tertia parte, num. 61.* ubi ait hæreticum omninò occultum eſſe ab Inquiſitore abſolvendum ſecreto, nec judicialem confeſſionem recipiendam eſſe. Dico autem hoc videri tenere. Quia hoc ex ejus verbis non conſtat. Nam de hæretico purè mentali videtur loqui, fortè eam opinionem ſequens juriſperitorum multorum, quæ excommunicationem incurrere docet. (Ut retuli *in hoc lib. c. 8. n. 1.*)

2 Quidam autem ex his Doctoribus dicunt hanc facultatem non concedi cuilibet Inquiſitori, ſed toti Conſiſtorio. Quia Inquiſitorum juriſdictio non in quolibet Inquiſitore, ſed in toto conſeſſu eſt. Et poteſt probari ex *dicta conſtitutione Clementis VII.* ubi non cum quolibet Inquiſitore loquitur, dicens, *Vobis*, &c. Ita *Enriquez libro ſexto, de pœnitent. capit. 7. numer. 3. in commento, litera T. Et Vivaldus candalabro Sacramentorum, in noviori editione anni 1602. 1. part. titul. 11. de abſolut. ſacrament. num. 15. Simancas in Enchiridio judicum, cap. 51.* ait non poſſe unum Inquiſitorem abſolvere abſque ſociorum conſenſu, aut praxim eſſe in oppoſitum. Et apertè loquitur de abſolutione in foro conſcientiæ. At falsò allegatur *Simancas ibi*: nil enim dicit.

3 At fateor multos eſſe Doctores aſſerentes hanc facultatem habere Inquiſitores, & ideò auctoritate compulſus cogor dicere id eſſe probabile. At multò probabilius mihi eſt, non poſſe. Quia cum judices in ſolo foro externo conſtituti ſint, ut optimè docet *Eymericus in directorio Inquiſitorum 3. par. numer. 59.* non videntur hanc poteſtatem pro ſolo conſcientiæ foro habere. Nec apparet Pontificia aliqua conſtitutio hoc eis concedens. Quippe prædictam conſtitutionem Clem. VII. ait *Penna tertia parte directorii Inquiſitorum, commento duodecimo, additione ad num. ſexageſimum primum*, intelligi de abſolutione in foro externo, facta confeſſione coram notario, & ſecuta reconciliatione. Et *Suarez quinto tomo, in tertia parte, diſputatione quadrageſima tertia, ſectione prima, numero quinto*, ait illam conceſſionem fuiſſe perſonalem, & non perpetuam, quantum ex ejus tenore colligi poteſt. Et ego addo non omnibus Inquiſitoribus conceſsam eſſe, ſed ſolis ex Ordine Prædicatorum in univerſa Italia conſtitutis, & conſtituendis. Et *Covar. regul. Peccatum, 2. p. in init. numer. 7.* qui ſolet allegari pro contraria ſententia, potiùs videtur favere huic. Quippe ait hæreticum occultum per accidens, ſecretò fatentem Inquiſitori crimen ſuum, eſſe ab eodem abſolvendum ſecretò in tribunali, & abjurata ſecretò hæreſi. Ubi ea particula, *in tribunali*, denotat eum de abſolutione in foro externo loqui.

4 Quod ſi ſequamur priorem opinionem dicentem hanc facultatem inquiſitoribus competere: exiſtimo probabilius eſſe eam competere cuilibet inquiſitori. Ducor, quia prædicta conſtitutio Clementis VII. non ſolis inquiſitoribus, ſed eorum quoque commiſſariis eam facultatem concedit. At commiſſarii nullum habent conſiſtorium, ſed in quolibet diſtrictu unus eſt commiſſarius. Non ergo ſoli conſiſtorio, ſed cuilibet inquiſitori voluit Pontifex hanc facultatem concedere, Alias plus concederet commiſſariis. Deinde quia hæc eſt natura fori conſcientiæ, ut ſecretò, & abſque teſtibus in eo permiſsa exercenda ſint. Non ergo hæreticus occultus in foro conſcientiæ abſolvendus, cogendus eſt toti conſiſtorio ſe præſentare. Eò vel maximè, quòd ea facultas conceſsa videatur in favorem animarum, ne hæretici occulti ad fidem redeuntes remedio facili deſtituti ſint. Quippe difficillimum remedium eſset, crimen ſuum occultum coram toto tribunali detegere. Et huic ſententiæ favent *Gutier. & Graffis num. primo, allegati*, dum in ſingulari ajunt, hunc hæreticum ſecretò faſsurum inquiſitori, & ab eo abſolvendum. Et *Vivaldus numero ſecundo, in fine relatus* ait praxim ſic habere. Et eadem ſententia retenta, credo inquiſitorem non ſacerdotem poſſe in foro conſcientiæ abſolvere ab hæreſis excommunicatione. Sicut *capite præcedenti numero 3.* dixi de Epiſcopo. Quòd hæc facultas non concedatur inquiſitori in ordine ad confeſſionem ſacramentalem, nec tamquam quid annexum ordini, ſed officio.

5 Rurſus, retenta eadem opinione eſt dubium, an inquiſitores poſſint delegare hanc facultatem abſolvendi hæretici in foro conſcientiæ. *Enriquez num. ſecundo, allegatus* ait totum inquiſitorum conſiſtorium poſſe, niſi ei id à ſupremo inquiſitore interdictum ſit: non autem quemlibet inquiſitorem poſſe. Sicut ſimiliter ait, non quemlibet inquiſitorem poſſe abſolvere, ſed totum conſiſtorium. At *Simancas de cathol. inſtit. tit. 3. num. 5.* dicit maximè dubium eſſe, ut inquiſitores poſſint eam facultatem delegare. Et *Campeg. n. 1. allegatus* ait eos non poſſe. Ducitur autem quia conſtitutio Clemen. VII. citata *n. 1.* ſolùm concedit eis, ut delegent commiſſariis Sancti Officii. At hoc fundamentum debile eſt. Quia quoties quis excommunicatus eſt ob plures cauſas, & una ſola explicatur, non valet abſolutio, niſi quo ad ſolam cauſam expreſſam. Ut traditur in tractatu *de excommunicatione.* Et optimè docent, & probant referendo alios, *Hugolinus de cenſuris, tabula 1. cap. decimo nono §. tertio, num. decimo, & §. quarto, n. 4. & Sayr. de cenſuris, lib. 2. cap. vigeſimo primo, n. 23. & 24.* Quod tamen intelligendum eſt, niſi bona fide eas hæreſes tacuerit, illarum, nempe, immemor, tunc enim manebit abſolutus omninò à cenſura. Quod de aliis cauſis excommunicationis bona fide tacitis tradit in genere alios allegans *Sayr. ibidem.* Hæc enim eſt plana Inquiſitorum abſolventium mens, ne animæ illaquerentur. Atque idem prorſus dicendum eſt, ſi hæreticus ille abſolvatur ab ipſo Pontifice Summo, vel ab alio de ſpeciali ejus licentia. Quia eadem militat ratio. Id tamen erit abſque dubio dicendum, nempe, id peccatum hæreſis non manere ampliùs reſervatum, ſed poſſe quemcumque confeſſarium ab illo abſolvere, eſto diceremus manere priſtina excommunicatione illud affectum. Quia receptiſſima eſt Doctorum ſententia, tradens abſolutum à caſibus reſervatis manifeſtatis, ab habente legitimam abſolvendi ab omnibus poteſtatem, ſi aliquos bona fide illorum immemor tacuerit, manere deinceps liberum ab oblitorum reſervatione, & poſſe ab illis à quocumque confeſſario abſolvi. Sed major difficultas eſt, ſi hæreſes omnes faſſus ſit, tacens tamen data opera aliquos actus externos, quos circa aliquam illarum exercuit. Quidam vir doctus, quem tacito nomine refert *Avila eodem dubio 3. ad finem*, inclinavit in eam partem, ut verè maneat abſolutus ab excommunicatione etiam actuum occultorum. Et poteſt probari, quia quoties quis ob ejuſdem rationis cauſam repetitam, incurrit excommunicationem, aut irregularitatem, non opus eſt numerum exprimere, ſed ſatis eſt cauſam in communi explicare. Ut qui incurrit excommunicationem ob participationem in crimine criminoſo cum concubina ob concubinatum denuntiata: vel irregularitatem ob repetitam tempore excommunicationis celebrationem, ſatisfacit in impetratione abſolutionis, & diſpenſationis, exprimendo cauſam, etſi repetitionem taceat. Ut tradit *Enriquez lib. decimotertio, de excommunicat. cap. 30. num. 2.* & probavi *libro octavo, de matrimonio, diſputatione vigeſimaquarta, numero ſeptimo.* Sed contrarium dicendum eſt cum *Armilla ibidem, & aliis viris doctis Societatis Jeſu*, quos *ibi* tacito nomine refert. Quia Inquiſitores in ſententia dicunt: *Y ſi aſſi es, que de coracon ſe convierte, no callando de ſi, ni de otro, coſa alguna contra nueſtra Santa Fe Catholica, &c.* Unde conſtat, non eſſe intentionem eorum abſolvere. Quod quidem intelligendum eſt, quando actus tacitus eſt alicujus momenti: ſi enim parum faceret ad judicium, non haberetur conſideratio illius. Quod ſi tandem quæras, an quando ſcienter tacuit aliquas hæreſes occultas, cum publicas manifeſtarit, etſi maneat verè excommunicatus, poſſit ab hac excommunicatione abſolvi inſtar hæretici occulti per accidens? Reſpondeo poſſe: & ſic niſi decretum Tridentini eſſet revocatum, quatenus concedit Epiſcopo facultatem abſolvendi ab hæreſi occulta, ut revocatum diximus *cap. præcedenti, ad finem*) poſſet utique hunc abſolvere. Poſſet etiam privatim abſolvi à quolibet Inquiſitore in foro conſcientiæ, amplectendo opinionem *in hoc capit. numero 1.* relatam. Quia cum valuerit abſolutio ab hæreſis publicæ excommunicatione manifeſtatæ in judicio, reſtat ſola excommunicatio hæreſis occultæ. Atque idem credo in caſu explicato *numero præcedenti*, quando hic fictè converſus eſt, & ſic abſolutio ab hæreſis excommunicatione fuit irrita. Cum enim in foro externo valuerit abſolutio, & fictio illa ſit occulta, manebit hæreſis prorſus occulta, ac proinde ac ſi ad forum externum deducta non eſſet, & inſtar hæreſis per accidens occultæ: atque ideò hæreticus ille reſipiſcens poterit inſtar hæretici occulti per accidens abſolvi. Sicut de hæretico, qui falſis teſtibus incolumis in foro externo evaſit, diximus *cap. præcedenti numero vigeſimo primo.* Et in hoc ſenſu eſt vera ſententia *Emman. Sa numero præcedenti*, & juxta hoc temperanda eſt ſententia *Suarez* quam *ibi* ſecuti ſumus. At hæc omnia quo ad facultatem Epiſcopi jam ceſſant, eò quòd hæc facultas conceſsa Epiſcopo per decretum Trident. eſt jam revocata. Et ideò ut novam abſolutionem legitimè obtineat, debet humiliter ad inquiſitores confugere, explicans ſuam fictionem, aut hæreſes occultatas, ejuſve hæreſis actus occultatos.

10 Hactenus de inquiſitorum poteſtate egimus: jam de facultate Bullæ ad abſolvendum ab hæreſi agendum eſt. *Sotus 4. diſt. vigeſimaſecunda, quæſt. ſecunda, articul. 3. poſt quintam concluſionem in 1. caſu Cœnæ, in fine*, affirmant poſſe hæreticum abſolvi virtute Bullæ Cruciatæ concedentis caſus

eadem ratione idem dicendum erit, etſi ea abſolutio ab ipſo Pontifice, vel ex ejus commiſſione à quovis alio concederetur Vide dicenda *n. ſeq. in fine.*

9 Sed quid ſi hic hæreticus verè ad fidem rediens, eſt faſſus in foro externo aliquas hæreſes coram Inquiſitoribus, & alias tacuit, & ſententia lata abſolutus eſt ab excommunicatione, ut fieri ſolet? *Avila de cenſuris, p. 2. cap. 6. diſput. 2. dubio 3. ad finem*, ait hunc manere excommunicatum: & nil ampliùs explicat. Sed dicendum eſt manere eum abſolutum ab excommunicatione hæreſum expreſſarum: at ratione aliarum manere excommunicatum: ac proinde peccatum hæreſum tacitarum manere reſervatum, utpote cenſura priſtina affectum. Quia quoties quis excommunicatus eſt ob plures cauſas, & una ſola explicatur, non valet abſolutio, niſi quo ad ſolam cauſam expreſſam. Ut traditur in tractatu *de excommunicatione.* Et optimè docent, & probant referendo alios, *Hugolinus de cenſuris, tabula 1. cap. decimo nono §. tertio, num. decimo, & §. quarto, n. 4. & Sayr. de cenſuris, lib. 2. cap. vigeſimo primo, n. 23. & 24.* Quod tamen intelligendum eſt, niſi bona fide eas hæreſes tacuerit, illarum, nempe, immemor, tunc enim manebit abſolutus omninò à cenſura. Quod de aliis cauſis excommunicationis bona fide tacitis tradit in genere alios allegans *Sayr. ibidem.* Hæc enim eſt plana Inquiſitorum abſolventium mens, ne animæ illaquerentur. Atque idem prorſus dicendum eſt, ſi hæreticus ille abſolvatur ab ipſo Pontifice Summo, vel ab alio de ſpeciali ejus licentia. Quia eadem militat ratio. Id tamen erit abſque dubio dicendum, nempe, id peccatum hæreſis non manere ampliùs reſervatum, ſed poſſe quemcumque confeſſarium ab illo abſolvere, eſto diceremus manere priſtina excommunicatione illud affectum. Quia receptiſſima eſt Doctorum ſententia, tradens abſolutum à caſibus reſervatis manifeſtatis, ab habente legitimam abſolvendi ab omnibus poteſtatem, ſi aliquos bona fide illorum immemor tacuerit, manere deinceps liberum ab oblitorum reſervatione, & poſſe ab illis à quocumque confeſſario abſolvi. Sed major difficultas eſt, ſi hæreſes omnes faſſus ſit, tacens tamen data opera aliquos actus externos, quos circa aliquam illarum exercuit. Quidam vir doctus, quem tacito nomine refert *Avila eodem dubio 3. ad finem*, inclinavit in eam partem, ut verè maneat abſolutus ab excommunicatione etiam actuum occultorum. Et poteſt probari, quia quoties quis ob ejuſdem rationis cauſam repetitam, incurrit excommunicationem, aut irregularitatem, non opus eſt numerum exprimere, ſed ſatis eſt cauſam in communi explicare. Ut qui incurrit excommunicationem ob participationem in crimine criminoſo cum concubina ob concubinatum denuntiata: vel irregularitatem ob repetitam tempore excommunicationis celebrationem, ſatisfacit in impetratione abſolutionis, & diſpenſationis, exprimendo cauſam, etſi repetitionem taceat. Ut tradit *Enriquez lib. decimotertio, de excommunicat. cap. 30. num. 2.* & probavi *libro octavo, de matrimonio, diſputatione vigeſimaquarta, numero ſeptimo.* Sed contrarium dicendum eſt cum *Armilla ibidem, & aliis viris doctis Societatis Jeſu*, quos *ibi* tacito nomine refert. Quia Inquiſitores in ſententia dicunt: *Y ſi aſſi es, que de coracon ſe convierte, no callando de ſi, ni de otro, coſa alguna contra nueſtra Santa Fe Catholica, &c.* Unde conſtat, non eſſe intentionem eorum abſolvere. Quod quidem intelligendum eſt, quando actus tacitus eſt alicujus momenti: ſi enim parum faceret ad judicium, non haberetur conſideratio illius. Quod ſi tandem quæras, an quando ſcienter tacuit aliquas hæreſes occultas, cum publicas manifeſtarit, etſi maneat verè excommunicatus, poſſit ab hac excommunicatione abſolvi inſtar hæretici occulti per accidens? Reſpondeo poſſe: & ſic niſi decretum Tridentini eſſet revocatum, quatenus concedit Epiſcopo facultatem abſolvendi ab hæreſi occulta, ut revocatum diximus *cap. præcedenti, ad finem*) poſſet utique hunc abſolvere. Poſſet etiam privatim abſolvi à quolibet Inquiſitore in foro conſcientiæ, amplectendo opinionem *in hoc capit. numero 1.* relatam. Quia cum valuerit abſolutio ab hæreſis publicæ excommunicatione manifeſtatæ in judicio, reſtat ſola excommunicatio hæreſis occultæ. Atque idem credo in caſu explicato *numero præcedenti*, quando hic fictè converſus eſt, & ſic abſolutio ab hæreſis excommunicatione fuit irrita. Cum enim in foro externo valuerit abſolutio, & fictio illa ſit occulta, manebit hæreſis prorſus occulta, ac proinde ac ſi ad forum externum deducta non eſſet, & inſtar hæreſis per accidens occultæ: atque ideò hæreticus ille reſipiſcens poterit inſtar hæretici occulti per accidens abſolvi. Sicut de hæretico, qui falſis teſtibus incolumis in foro externo evaſit, diximus *cap. præcedenti numero vigeſimo primo.* Et in hoc ſenſu eſt vera ſententia *Emman. Sa numero præcedenti*, & juxta hoc temperanda eſt ſententia *Suarez* quam *ibi* ſecuti ſumus. At hæc omnia quo ad facultatem Epiſcopi jam ceſſant, eò quòd hæc facultas conceſsa Epiſcopo per decretum Trident. eſt jam revocata. Et ideò ut novam abſolutionem legitimè obtineat, debet humiliter ad inquiſitores confugere, explicans ſuam fictionem, aut hæreſes occultatas, ejuſve hæreſis actus occultatos.

10 Hactenus de inquiſitorum poteſtate egimus: jam de facultate Bullæ ad abſolvendum ab hæreſi agendum eſt. *Sotus 4. diſt. vigeſimaſecunda, quæſt. ſecunda, articul. 3. poſt quintam concluſionem in 1. caſu Cœnæ, in fine*, affirmant poſſe hæreticum abſolvi virtute Bullæ Cruciatæ concedentis caſus

Cœnæ, non facta expressa mentione hæresis. Idem ait *Corduba summa, quæstion. octava, in fine*, quando hæresis est occulta. Atque idem dicerent virtute jubilei similem clausulam continentis. At tamquam certissimum tenendum est oppositum. Quia concessio generalis absolvendi ab excommunicatione, & casibus Cœnæ, non comprehendit eam, cujus absolutionem verisimili conjectura delegans non commisisset, *c. In generali, de regul. jur, in* 6. At hæresis absolutio adeò reservata est, ut verisimiliter eam Pontifex non concesserit. Præterea de hoc est motus proprius Gregor. XIII. quem ad verbum affert *Manuel. addit. ad Bullam, §. nono, num.* 66. Et ideò ita docent *Covar. c. Alma mater, 1. par. §. undecimo, num. decimo quinto Simancas de cathol. inst. tit. 3. num. secundo, Rojas de haret. 2. part, assertione 39. numero 321. & de privilegiis inquisitorum, num.* 416. *Gutier. quæst. canon. lib. 1. cap. 13. numer. 26. Enriq. lib. 8. de pœniten. cap. 16. num. 2. Azor. tom. 1. lib. 8. instit. moral. cap. 10. quæst. 12. & cap. 19. qu. 2, & multi alii*, quos hi referunt, & *Avilla de censuris 2. p. cap. 7. disp. 1. dub. 7, concl. 2. Zavallos in commun. opin. tomo 3. q. 802. num.* 67.

11 Idem asserunt aliqui de receptatoribus, fautoribus, defensoribus hæreticorum, legentibus, tenentibus, imprimentibus eorum libros. Quos *tepo capit.* 10. explicuimus comprehendi in 1. excomm. Bullæ Cœnæ. Sic *Man. in Bulla Crue, §. 9. num.* 70. *vers. Excepto la heregia. Et addit. ad Bul. §. 9. n.* 66. *&* 67. *Azor. tom. 1. lib. 8. instit. moral. cap. 19. q. 2. Petrus de Ledesma 2. tom. summ. tract. 1. cap. 6. in fine, Vega 2. tom. summæ cap. 125. cas.* 12. Atque idem dicunt *Manuel, Petrus de Ledesma, & Vega de schism.* Hocque probat *Manuel in addit. cod. num.* 66. ex motu proprio Pauli IV. qui id minimè dicit, sed tantùm prohibet sub excommunicatione Pontifici, vel Inquisitori generali reservata, ne habentes libros hæreticorum, vel ab Inquisitoribus prohibitos, à confessoribus absolvantur, nisi priùs eos Inquisitoribus tradiderint. Atque ita de solis tenentibus libros agit, dum eos non tradunt Inquisitoribus.

12 Quare dicendum existimo, hos omnes si revera hæretici non sint, & tenentes libros tradant eos Inquisitoribus, posse absolvi semel in vita, & semel in mortis articulo, à confessore virtute Bullæ Cruciatæ sic concedentis casus Cœnæ: & similiter virtute jubilei eos casus concedentis. Quòd nullo jure probetur contrarium. Nec hi casus ea tam speciali reservatione afficiuntur, ac hæresis, ut speciali mentione indigeant. Et ita docet *Enriquez lib. 6. de pœnitent. c.* 16. *n.* 2. *in commento, litera I.*

13 Id tamen verum est, sub concessione generali casuum Pontifici reservatorum, non comprehendi hunc, nec alios Bullæ Cœnæ. Quia cum in ea specialissimè reserventur, speciali expressione indigent, exprimendo casus Cœnæ, ut benè docent *Hugolinus de censuris, tabula 1. c.* 10. §. 4. *n.* 8. *Suarez 3. tom. in 3. p. disputatione* 21. *sectione* 3. *num.* 3.

CAPUT XIII.

De absolutione hæretici ratione periculi, sive articuli mortis, ac impedimenti adeundi Pontificem.

SUMMARIUM.

An articulus, & periculum mortis pro eodem accipiantur quo ad hunc effectum, & quando contingant? num. 1.
An idem sit de periculo incidendi in amentiam? n. 2.
An opus sit periculum esse prope, nec vitari posse? n. 3.
An damnati ad triremes, & prægnantes absolvi possint instar constitutorum in periculo mortis? n. 4.
An in mortis articulo possit absolvere quivis sacerdos, quantumvis præcisus, degradatus, & hæreticus? n. 5.
An id possit simplex sacerdos, quamvis adsit parochus, aut superior? Refertur opinio, n. 6.
ententia Auctoris, n. 7.
Sp idem sit non esse copiam legitimi confessarii, & esse, sed eum non posse, aut nolle: debeatque sacerdos simplex circa hoc nimis insistere, nec in dubio absolvere? n. 8.
An in hoc casu, & cæteris Pontificis reservatis, nequeat parochus absolvere, si est recursus ad Episcopum? n. 9.
An possit simplex sacerdos, si adsit approbatus, sive in illa, sive in altera diœcesi? n. 10.
An si approbatus sit excommunicatus, vel suspensus, vel præcisus, sit potius eligendus simplex. Et Catholicus quacumque censura innodatus sit præferendus hæretico. Et inter innodatos diversis censuris, quis præferendus sit? eod. n. 10.
An si adsit sacerdos ex privilegio petens a reservatis absolvere, possit tunc absolvere quicumque confessarius? n. 11.
Qua sint censuræ, a quibus existens in mortis articulo absolvi potest, & an absolvendus sit, licèt sui compos non sit? n. 12.
An sit integrum initiato quocumque ordine extra sacerdotium, vel etiam laico, absolvere tunc à censuris, deficiente sacerdote, & expediat curare, ut ille post mortem iterum absolvatur? n. 13.
An censeatur non adesse copiam superioris, quando infirmus nequit ipsum adire, nec accersere etsi confessor possit ipsum adire? numero 14.
An hi teneantur capere bullam, vel mittere ad superiorem procuratorem? eod. n. 14.

Quid si deficiente approbato cœpit simplex audire, vel deficiente superiore inferior, & postea hi veniant? n. 15.
Quid si æger in ea confessione mentitus est sacerdoti simplici, & absolutus, & supervenit approbatus? n. 16.
Juramentum de parendo mandantis Ecclesiæ, an sit accipiendum in absolutione hæresis, & quorumvis reservatorum? n. 17.
Quid si excommunicatus jam satisfecerit? n. 18.
A mulieribus, & pueris, an sit exigendum? n. 19.
An sit idem de parendo mandatis Ecclesiæ, & mandatis excommunicantis, seu absolventis? n. 20.
An sit de parendo mandatis ejus, cui reservata erat absolutio? numer. 21.
Ad quid obligetur hoc juramentum, & quid virtute ejus imponendum sit? num. 22.
An sit petendum juramentum de satisfaciendo? n. 23.
An sit injungendum, ut cessante impedimento absolutus se præsentet superiori? n. 24.
Quando censeatur tempus commodum se præsentandi? n. 25.
An sit imponendum hoc onus cum juramento? num. 26.
An hæc præsentatio sit, ut hic iterum absolvatur? n. 27.
Qualiter non se præsentans incidat in eam censuram, & an hæc posterior sit similiter reservata, & hoc non se præsentante, teneatur ad id ejus hæres? n. 28.
An hoc onus sit injungendum, si id satisfecit parti, aut cum ea concordavit: vel post absolutionem hæc præstans eximatur ab hac obligatione? n. 29.
An sit imponendum quando impedimentum est perpetuum, & teneatur ille miraculosè evadens se præsentare? n. 30.
Quid si confessor imposuit hoc onus illi perpetuo impedito, & præter spem sanatus est, vel non imposuit, quando tenebatur? eod. n.m. 30.
An sit imponendum absolvendo virtute bullæ, aut jubilei, vel alterius privilegii? n. 31.
An absolutus cum hoc onere, possit accepta bulla, vel tempore jubilei, præsentare se cuilibet confessori? n. 32.
An satisfaciat hic se præsentans per procuratorem? n. 33.
Quid, si nullam cautionem præstare potest æger, quod loquelam, aut usum rationis amiserit? n. 34.
An valeat absolutio in articulo mortis, si confessor non petat juramentum parendi mandatis Ecclesiæ, aut satisfaciendi, aut se præsentandi? n. 35.
An extra mortis articulum possit absolvi ab hæresi, & aliis reservatis, impeditus adire Pontificem? Refertur quædam sententia, num. 36.
Sententia Auctoris, num. 37.

1 CIrca articulum mortis, constat cuilibet sacerdoti competere tunc facultatem absolvendi ab omnibus peccatis, & censuris: & sic nil speciale esse in hæresis crimine, ex *multis decretis*, 26. *q.* 6. *c. De his, & sequent.* Et novissimè ex *Triden. sess.* 14. *c.* 7. *de sacram. pœnit.* attestante hanc semper fuisse generalem Ecclesiæ consuetudinem. Et quamvis aliqui Doctores strictè hunc mortis articulum intelligant, ut sumatur pro solo vero mortis articulo, qui tunc tantùm contingit, quando mors est in fieri, & ita certa, & proxima, ut moraliter certa sit, & ferè inevitabilis. Sive id ex causa naturali proveniat, ut morbo: sive ex causa violenta: ut si quis morte plectendus sit. Ita *Sotus 4. dist. 18. q. 4. art. 4. col. 4. versicul. Quæris autem. Cano par. 5. de pœnitent. Valent. 4. tom. disput. 7, q. 10. puncto 2. colum.* 6. At verius est, quo ad hunc effectum jumi pro eodem articulum, & periculum mortis. Atque ita sicut in articulo mortis potest quilibet sacerdos absolvere ab omnibus peccatis, & censuris: ita in periculo mortis. Ut ex multis textibus probant & tenent *Suarez 4. to. in 3. p. disp. 26. sect. 4. n.* 3. *Molina tomo 4. de justitia, disp.* 63. *nu.* 6. *& multi alii*, quos refert, & sequitur *Zambrano de casibus articuli mortis, præludio 1. n.* 7. Et ratio est, quia cum causa hujus concessionis fuerit necessitas pœnitentis, ne absque remedio in æternum pereat: jure optimo talis reputanda erit periculi mortis necessitas. Siquidem in ea jus divinum ad confessionem obligat, perinde ac in mortis articulo: & morale periculum ita in malis caveri debet, ac eventus ipse: ac propterea exponens se morali lethalis culpæ periculo peccat mortaliter. Hoc autem periculum tunc contingit, quando est probabile dubium de morte, & frequenter in eo casu evenire solet. Ut cum fœmina partui appropinquat, & experta est imminens ex partibus periculum vitæ: vel ejus est complexionis, ut id periculum verisimiliter timeatur: vel eo anno solent communiter parientes periclitari. Item tempestas gravis exorta, vel navigationis periculosæ, aut conflictus in bello, aut itineris prædonibus interficere solentibus expositi aggressio: aut cum quis in morbum periculosum incidit, qui majori ex parte mortem inferre solet. Ut optimè docet *Suarez d. sectione 4. num.* 2. & latiùs multis citatis *Zambrano d. prælud. 1. a numero primo usque ad quartum.*

2 Atque idem dicendum est, si probabile incidendi in amentiam periculum adsit. Ut benè ait *Zambrano eo præludio 1. in fine*. Tam quia cum quis factus amens confiteri nequeat, periculum amentiæ est quasi periculum mortis. Tum etiam quia in eo periculo divinum confessionis præceptum obligat. Ut optimè ait *Metina, C. de pœnitent. tractat. de confessione, quæ de tempore quo confiteri oportet, casu 1.* ubi benè hoc ait, sive dementia sit perpetua, sive diuturna.

3 Duplici autem limitatione accipiendum est, æquiparari articulum, & periculum mortis. Prior est, cum mortis periculum prope est, & velut in fieri: secùs quando diutiùs mortem differendam est ferè certum, in quo tempore potest occurrere opportunitas habentis facultatem legitimè absolvendi. Quod tunc cessat necessitas, quæ hujus concessionis causa fuit. Ita *Covar. 4. decr. 1. p. §. 11. nu.* 8. *in fine. Cordub. summæ, quæstione* 18. *puncto 2. dicto 4. Zambrano d. prælud. 1. num.* 8. Posterior est, ut morali necessitate cogente absolvendus in id periculum incidere debeat. Ut si necesse illi sit ex causa urgenti navigationem periculosam, aut prælium aggredi. Quando enim propria sponte aggreditur, non dicitur constitutus in mortis periculo, sed ipse vult se constituere. Ita *Corduba ibidem.*

4 Hinc non approbo, quod dicit *Emmanuel Sà Summa, verbo Absolutio numero 4.* nempe, damnatos ad triremes esse in hoc periculo. Quia id periculum non est proximum. Et si aliquando contingat, sacerdos in triremibus ire solet periclitantium confessiones excepturus. Atque sæpè triremes ad portum accedunt, in quo sacerdotum est copia. Nec etiam approbo, quod ait *Sylvest. verbo Absolutio 1. nu. §.* 10. nimirum posse quascumque prægnantes absolvi ab omnibus reservatis: utpote quæ in morali mortis periculo constitutæ sunt. Quippe id non est verum, nisi quando difficiles partus solent habere. Ut cum aliis explicant idem *Sylvest. verbo Interdictum 5. q. 7. particula 4. Covar. c. Alma mater, 2. p. §. 3. num.* 2. vel in eventu, quem *n.* 1. explicui.

5 In hoc ergo articulo, sive periculo mortis, potest quivis sacerdos quamtumvis irregularis, degradatus, excommunicatus, hæreticus sit, cessante periculo perversionis, absolvere ab omnibus peccatis, & censuris. Quod multis citatis tenet *Zambrano contra alios, quos ibirefert, de casibus articuli mortis, c. 4. dubio 4. num.* 20.

6 Sed circa hæc prima difficultas est. An hæc concessio locum habeat, ut possit quivis sacerdos simplex in hoc articulo, sive mortis periculo absolvere à quibusvis reservatis, etiamsi adsit proprius sacerdos, seu alius confessarius approbatus, seu ipse superior, cui casus illi reservantur. Quidam affirmant. Ducuntur autem, quia *Tridentinum sess. 14. de Sacrament. pœnitent. cap. 7. ad finem*, absolutè, & indistinctè dicit omnes sacerdotes ea potestate gaudere in eo articulo. Ac proinde videtur omnibus illis parem jurisdictionem pro eo articulo concedere. Ita docent *Navarr. lib. 5, consil. titul. de pœnitent. & remiss. in 1. editione, consil. 15. n. 2. & 3. in 2. consil. 23. num. 2. & 3. Emmanuel Sà Summa, verbo Absolutio, num.* 4. *Petrus de Ledesma de Sacrament. ubi de pœnitent. cap. 14. post 1. conclusionem, diffic. 2. Manuel 1. tomo Summæ, 2. editione, cap. 59. conclus. 3. n. 5. in fine, & 9. regular. tom. 1. q. 56. art. 4. in fine* dicens hoc nunc defendere viros doctissimos. Et *addition. ad Bullam Crue. §. 9. n. 44. vers. A cerca del mismo. Corradus in suis responsionibus, tomo 1. q. 12. versic. Respondetur in articulo mortis. Vega 1. tomo Summ. cap. 6. cas.* 16. *statim in principio*. Et clarè videtur tenere *Enriquez. lib. 6. de pœnitent. cap.* 11. *n.* 4. *in commento, litera V. in fine, & n.* 6. *&* 8. *& cap.* 12. *num.* 1. *ad finem*. Nec tantùm loquuntur hi Doctores de peccatis reservatis, sed de censuris reservatis. Ita expressè *Navar. Enriq. eo num.* 6. *Corradus, Manuel in addit. ad Bullam, Vega, Petrus de Ledesma, Emmanuel Sà allegati*. Et quamvis censuras non exprimerent, de illis essent necessariò intelligendi. Quia casus Pontifici ratione censuræ reservantur. Et quia decretum Tridentini, cui innituntur, de censuris loquitur. Hæc dixerim, quia *Zambrano de casibus articuli mortis, c. 4. dub. 4. num.* 6. ait neminem tenere hanc sententiam de censuris, sed de peccatis.

7 Verùm huic sententiæ minimè accedo, sed prædicta concessio cuilibet sacerdoti pro articulo mortis facta, intelligenda est, quando deest copia superioris potentis absolvere, & proprii sacerdotis, seu alterius sacerdotis expositi ad audiendas confessiones: secùs si adsit superior, cui reservatur: & si ipse absit, debet quoque abesse sacerdos expositus, ut possit simplex. Ducor, quia *Tridentin. eo cap.* 7. ait esse custoditum semper in Ecclesia, ut quilibet sacerdos in eo articulo absolvere possit. Quare jus novum non condidit, sed consuetudinem approbavit. At ea consuetudo solùm obtinuit, ut quilibet sacerdos tunc absolvere possit, quando non est prædictus recursus. Ut constat ex *Conc. Carthagin. 3. canone* 32. & refertur *c. Presbyter. 26. q. 6. & Extravag. inter cunctas, §. Incendiarii, de privileg. & Extravag. 1. §. Decernimus, de sentent. excom.* Item, quia Tridentinum dicit id esse indultum ratione necessitatis, ne æger absque confessione decedat. Quæ in hoc casu cessat omninò. Tandem, quia *c. Eos, qui de senten. excommun. in* 6. deciditur, ut absolutus ratione imminentis necessitatis articuli mortis è censura reservata, teneatur cessante impedimento se præsentare superiori, cui reservata erat. Si ergo cum potest, tenetur se superiori præsentare, & ante absolutionem adest superior, non poterit ab inferiori absolvi. Et ideò hanc sententiam sustinent *Rosella, Sylvest. Armil. Navarr. Covar. Simanc. Cordub. Cathechismus Pii V. ad parochos, Grassis addition. ad consilium Navarri. Gutier.* quos omnes refert, & sequitur latiùs probans, & dicens priorem sententiam esse improbabilem *Zambrano de casibus articuli mortis, c. 4. dubio 4. nu.* 3. *& sequentibus*. Et ultra *ibi* allegatos tenent *Sotus 4. d. 18. qu. 4. articul. 4. statim in principio, Suarez tomo 4. in 3. part. disputatione 26. sectione 4. numero 4. & tomo 5. disputatione 22. sectione 1. num.* 62. *Hugolinus de censuris, tabula 1. capit. 4. §. 5. numero 2. Bartholom. à Ledesma dubio 23. de confess. colum. 5. Valent. 4. tomo, disputatione 7. quæstione 10. puncto 2. columna 6. Molina* referens sic declarasse Gregorium XIII. *tomo 4. de justitia, disputatione 63. in 2. Azor. tom. 1. liber. 8. instit. moralium, cap. 19. q. 5. Vivald. candelabro Sacram. in penultima editione, 1. part. ubi de absolutione, n.* 63. *Rutilius Benzonius tractatu de fuga, lib. 1. disputat. 1. q. 6. immediatè ante 2. conclusionem*. Quare absolutio aliter præstita in eo mortis articulo erit defectu jurisdictionis irrita. Ut bene ait *Zambrano eo dubio 4. num. 12. in fine.*

8 Idem autem est non adesse legitimum confessarium, & adesse, sed nolle, vel non posse audire confessionem existentis in eo articulo. Quia in utroque casu militat necessitas, ac verum est non dari confessoris copiam. Ut benè *Zambrano* ex omnium mente, & declaratione Cardinalium tradit *eo dubio 4. num.* 24. Qui etiam benè dicit *numero 13. cum Enriquez libro 6. de pœnitent. capit. 11. num.* 3. non debere sacerdotem simplicem nimis scrupulosum esse in hac re, sed in dubio, an opportunè adveniet sacerdos expositus, debere absolvere. Nec periculo infirmum exponat.

9 Sed an in casibus reservatis Pontifici, quando ratione articuli, vel periculi mortis, non est recursus ad Pontificem, sit adeundus Episcopus, si ejus copia adsit, vel possit quicumque confessarius expositus absolvere, non constat. Quidam enim Episcopum necessario adeundum existimant. Quia quamvis jure ordinario non concedatur Episcopo horum absolutio: at in hac necessitate, in qua Pontificis non est copia, conceditur utique. Ut in percussione clerici Papæ reservata id dicitur, *c. de cætero 11. & c. ea noscitur 13. de sententia excomunic.* At eadem videtur ratio de aliis casibus Papæ reservatis. Et ita docent *Corduba Sum., q. 18 puncto 2. dicto 1. Zambrano de casib. articulis mortis, c. 4. dubio 4. num.* 14. ubi addit, si incidens in casum Pontifici reservatum sit regularis, nec per suæ religionis privilegia possit ab illo absolvi, & sit in mortis periculo, nec adsit Pontificis copia, benè tamen Generalis suæ religionis, vel Provincialis, hos posse absolvere, & non Prælatum inferiorem. Quod colligit ex *Abbate, c. Monachi n. 3. de sent. excommunic.* At meliùs *Suarez quarto tomo in 3. part. disputat. 30. sect. 3. nu. 4.* ait specialiter esse cautum in persecutione clerici, ut in mortis articulo, si Pontifex adiri nequeat, benè tamen Episcopus, hic adeatur. Quare cum in aliis casibus id cautum non sit, ait in aliis non esse necessarium adire Episcopum. Idem etiam optimè docet *Molina 4. de justitia, disp. 63. n.* 2. Quia ob reservationem Pontifici factam nullum jus acquirit Episcopus; & in mortis articulo omnis reservatio cessat, quando ad reservantem non est recursus. Sunt ergo tunc æquales Episcopus, & parochus, & quivis confessarius expositus. Atque *Enriquez lib. 6. de pœnitent. c. 11. n. 5. in commento, litera D.* tenet hoc idem in articulo mortis: quamvis in textu contrarium dicat in periculo. Sed nullam discriminis rationem invenio, & ideò in utroque idem dicendum est. Hoc tamen intelligitur, quando casus Pontifici reservatus non esset occultus. Si enim occultus esset, cum jure ordinario possit Episcopus ab illo absolvere virtute Tridentini.) ut *toto capite undecimo* explicui,) esset Episcopus adeundus: si ad illum esset recursus, utpote ille, cui est reservatus casus. Atque ita benè *Molina* ait id intelligi, quando Episcopus nequit extra eum articulum absolvere.

10 Non tamen poterit simplex sacerdos absolvere à reservatis, si adsit parochus, vel alius sacerdos expositus ab Episcopo ad audiendas confessiones. Quia cessat necessitas, & approbatus ad audiendas confessiones est absolutè, & simpliciter confessarius ab Ecclesia designatus, licèt impeditus sit quo ad reservata. Ergo illi potiùs est facienda confessio, quàm simplici sacerdoti, qui confessarius approbatus ab Ecclesia minimè est. Et similiter dicendum est, non posse simplicem sacerdotem, si adsit sacerdos, qui in alia diœcesi parochus; aut approbatus ad audiendas confessiones sit, non tamen in illa. Quia etsi hic respectu hujus diœcesis sit simplex sacerdos; at est alicubi approbatus. Atque proinde potius jus habet, quàm sacerdos omnino simplex nullibi approbatus. Et ita utrumque docent *Suarez tomo 4. in 3. p. disp. 26. sectione 4. n. 4. Zambrano de casibus articulis mortis, in c. 4. dub. 4. n.* 16. Si autem adsit sacerdos excommunicatus vitandus, seu suspensus, aut præcisus, non posset absolvere, si adsit simplex sacerdos. Quia illis interdictum est hoc ministerium, nisi in casu extremæ necessitatis, quæ tunc non occurrit, eò quòd adest simplex sacerdos iis impedimentis non affectus. Adde, illos sacerdotes iis impedimentis affectos, & vitandos, carere jurisdictione, quam audiendi confessiones priùs habebant, & sic jam esse sacerdotes simplices, & ex alia parte ratione censuræ non toleratæ interdictum est illis hoc ministerium. Ergo præferendus est sacerdos simplex; qui hoc impedimentum non habet. Sic *Suarez ibidem.* Quòd si adsit sacerdos catholicus, quocumque impedimentò affectus, est præferendus hæretico, vel schismatico. Et inter catholicos irregularis est præferendus excommunicato vitando. Quia tunc cum excommunicato non posset participari. Atque suspensus, vel interdictus est præferendus irregulari. Quia illa sunt minora impedimenta. Et universi hi sacerdotes catholici etiam excommunicati vitandi sunt anteponendi degradato. Quod hic maximo impedimento laboret. Hæc *Zambrano eodem dubio 4. num.* 22.

11 Sed quid, si adsit sacerdos habens privilegium absolven-